

bendarum gratiâ inventa esse videtur. Essentiæ verò ut exalentur, & subtiliores, ac ad penetrationem promptiores reddantur, debent destillari. Quamvis nomine destillationis aliter utantur, nonnulli q̄d destillationis vocabulo totam artem chymicam intelligant: hū tamen magis propriè destillationis nomen sumitur.

Quidam etiām destillationem elevationis humidæ nomine indigitant. Hanc alii aliter definiunt, ita ut quibusdam sit partium humidorum, in halitus extenuatarum, à siccis & grossis subtilitatio. Aut describunt, quod sit operatio, quā, quod in corpore est humoris, tunc illud vaporis specie ab eo separatur, qui postea à frigido ambiente congelatus in liquorem ab excipulo recipitur.

*Ars Natu-
ram imi-
tatur.*

Verum esse, quod Aristoteles 4. Meteor. dicit: μιμεῖται ἡ τέχνη τὴν Φύσιν, id vel est hac operatione praxeos chymicæ vulgatissimâ constat. Sicut enim vaporess ex terra, radiis solaribus, in medium aëris regionem subvecti, ejusq; plagæ cœlestis frigiditate densiores facti, in pluviam facessunt: ita & Chymicus artifex ex rebus halabilibus & vaporabilibus, ignis ministerio, tenuum spirituum à crassioribus partibus separatione, & ad frigidas capitelli cameras elevatione, essent.